

Forum novum interretiale linguae Latinae dedicatum

Cerberus Ionas Ilmavirta Nathaniel

v Iulii MMXVI

1 2

Fora quaestionibus et responsibus dedicata

3

Stack Exchange rete plus centum situum est, quorum quisque quaestionibus et responsibus unius materiae dedicatus est. Unus situum novissimorum “Latin Language Stack Exchange” vocatur et quaestionibus responsibusque de lingua Latina dedicatus est. Hic situs novus hic inveniri potest:

<http://latin.stackexchange.com>

Situs Anglice scriptus est, sed rogare et respondere licet et Latine et Anglice. Si neutra harum linguarum tibi satis nota est, aliis quoque linguis uti licet; ceteri scripta tua emendare possunt, quo facilius intellegantur.

Exempla

Omnia ad linguam Latinam pertinentia in themate situs includuntur:

- ars grammatica, glossarium, pronuntiatio
- etymologia et nexus cum linguis aliis
- interpretatio locorum difficilium et operum litterariorum Latinorum
- historia et cultura, quando connexio gravis cum lingua Latina inest
- petitus exemplorum in litteris Latinis de usu verborum structionumve

Cunctae aetates, a vetustissima usque ad recentissimam, et cunctae formae Latinitatis libenter accipiuntur.

¹Should the title have ‘forum novum interretiale’ or ‘res nova interretialis’?

²Should we praise the site in elegiac couplet?

³Should we have the word ‘fora’?

Ecce aliquod exempla titulorum quaestionum verarum, quae in situ iam positae sunt:⁴

- How to say “every fourth year” in Latin?
<http://latin.stackexchange.com/q/241/79>
- What is the meaning of “suffragio” at the time of Calvin?
<http://latin.stackexchange.com/q/169/79>
- Are there examples of passive imperative forms of non-deponent verbs in ancient literature?
<http://latin.stackexchange.com/q/62/79>
- Meaning and etymology of *urinor* and *urina*: “to dive” comes from “pee”?
<http://latin.stackexchange.com/q/312/79>
- How do we know how the Romans pronounced Latin?
<http://latin.stackexchange.com/q/66/79>
- Are “-que” and “et” equivalent?
<http://latin.stackexchange.com/q/1/79>
- “qua dabatur liberum aeris spatium” in a letter of Erasmus:
<http://latin.stackexchange.com/q/384/79>
- Why would avoiding olive oil be a negative thing?
<http://latin.stackexchange.com/q/208/79>
- Is there a semantic difference between the two perfect tenses in medieval Latin?
<http://latin.stackexchange.com/q/331/79>
- Quid significat “-amen”?
<http://latin.stackexchange.com/q/292/79>
- Quando “a fortiori” ortum est?
<http://latin.stackexchange.com/q/295/79>
- Quomodo “cochlear” a “cochlea” est ortum?
<http://latin.stackexchange.com/q/118/79>
- Accusativus ‘Graecus’ pertinetne ullo modo ad accusativum temporis?
<http://latin.stackexchange.com/q/108/79>
- Quo modo Latine redditur “fool proof”?
<http://latin.stackexchange.com/q/769/79>

Hi sint solum tituli. Fac nexus sequaris, ut totas quaestiones videre possis.

⁴Is this list too long? The same question concerns the English version.



Descriptio 1: Quaestio “Did the Romans have a Latin name for their domestic peristylia?” invenitur in <http://latin.stackexchange.com/q/1132/79>. (Fons imaginis: Carlo Brogi (1850–1925), “Pompei. Domus Vettiorum. Veduta del peristilio”. Numerus catalogi: 9711.)

Studentibus, magistris et ceteris

Situs noster apertus est quaestionibus variarum difficultatum. Speramus eum inquisitoribus, qui aliquid Latinum intelligere debent, magistris, qui res studentibus suis clare exponere volunt, studentibus, qui problema cum exercitiis habent, et omnibus aliis, qui de hac lingua plus scire volunt, usui fore. Quisquis potest rogare et respondere.

Situs “Latin Language Stack Exchange” unicus est his modis:

- Res gravissimae sunt rogare et respondere; discussio autem ultra focum est. Discussio facile deverticulum fit, et hoc problema vitamus quaestionibus ipsis conspicuis.
- Suffragiis responsus optimi moventur sursum et pessimi deorsum.
- Quaestiones et tironum et peritissimorum permittuntur, sed speramus, ut omnes rogatores exprimant, quare non possent ipse responsum invenire. Hoc modo formare volumus omnes quaestiones a studentibus serius advenire.

Non faciemus opera scholastica omnibus rogantibus. Quaestio “Ecce exercitia mea. Respondite ante diem Iovis.” pessima est. Quaestiones tales plerumque clauduntur et postea delentur. Quaestio “Debeone hic genetivo aut dativo uti, et quare?” est multo melior.

Si quid rogas, monstra lectoribus te ipsum problema solvere conatum esse. Situs non est ministerium gratuitum omnibus redditionibus et exercitiis scholasticis, sed thesaurus quaestionibus bonis et responsibus illuminantibus ad linguam Latinan attinentibus.

Sic participare poteris

Quo modo hac copia frui possis? Primum potes simpliciter legere responsus perbonos, qui iam scripti sunt. Forsitan sic faciens animadvertes te aliquid posse respondere – una quaestio multos responsus habere potest – aut aliquid velle rogare.

Quaestiones et responsus bona scribens “puncta famae” accipies. Haec puncta tibi privilegium situs amplius adhibendi dant – exempli gratia tibi licebit de scriptis aliorum suffragia ferre et ita substantiam optimam promovere.

Speramus te sodalem situs fore et nomen tuum professurum⁵; sic enim omnes has indoles systematis adhibere poteris. Uti poteris aut nomine tuo vero aut falso, utrumvis tibi plus placet. Ut videre potes, auctorum unus toto suo nomine, unus solo praenomine, unus pseudonymo utitur.

Incipe hodie, et vide quod situs tibi dare possit. Hortamus, ut hanc introductionem brevem interretialem perlegas:

<http://latin.stackexchange.com/tour>

⁵I didn’t want to try and translate ‘register a user account’ directly.

Nos adi

Nos tres sumus moderatores huius situs Latini, et te libenter apud usorum situs accipiemus. Si quas quaestiones habes, fac nos adeas et roges; inscriptio electronica auctoris secundi est `joonas.ilmavirta@jyu.fi`.⁶ Aut potes simpliciter situm intrare atque legere, rogare aut respondere. Te summe praestolamur!

⁶Is this our choice of address? See the English version.